

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput tertium

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

Item Pluralia nominum utriusque linguæ sæpe adhibentur, licet sæpe turcizata more Turcicorum nominum inflectantur.

Porro Infinitivi, seu Nomina verbalia actionis, loci, temporis, instrumenti, vicis, &c. Arabica, Participia, aliaque derivativa nomina variarum formarum, ut in etymologia habuisti.

Potissimum autem Infinitivorum Arabicorum usus est frequentissimus, non solum in Turcica sed & in Persica lingua. Illis enim addunt sæpissimè auxiliare suum ad significandum id, quod per se apud Arabes significat ille Infinitivus, e. g. *تسليم ایتمک* *teslim itmek* tradere, reddere, quasi facere redditionem, & in Passivo *تسليم اولنمک* *teslim olunmak*, & rarius *تسليم اولمک* *teslim olmak*, reddi, tradi, *استماع ایتمک* *istimâ etmek*, audire, & *استماع اولنمک* *istimâ olunmak*, audiri. Huic *ایتمک* *itmek* synonyma auxiliaria sunt, ut antea dictum est, *ایلمک* *eylemek*, *کلمک* *kylmak*, facere, *بجوړمک* *bujurmak*, idem, gratiosè facere, dignari, ut *تسليم ایتمک ایلمک بجوړمک* *tenezzul itmek, ejlemek, bujurmak*, condescendere, *تسليم اولنمک بجوړمک* *tenezzul olunmak, vel bujurylmak*, condescendi impersonaliter. Si tamen hujusmodi auxiliare ponatur post participium, quod rarius evenit, tunc pro Passivo habet *اولمک* *olmak*, ut *حاصل ایتمک* *hâsıl etmek*, pro quo usit. *تسليم ایتمک* *teslim itmek* e. acquirere, comparare, *حاصل اولمک* *hâsıl olmak*, acquiri, provenire. Quod si Infinitivus regat aut habeat annexum casum alterius Substantivi, remittitur auxiliare ad finem, v. g. *تسليم جان ایتمک* *teslimi giân itmek*, pro *جان تسليم ایتمک* *giân teslim etmek*, animam tradere, mori, quod utroque modo passim usurpatur, idemque fit in Persicis, dici enim potest *تسليم جان کردن* *teslimi giân kerden*, *جان تسليم کردن* *giân teslim kerden* (vel *جانرا* *giânra*) *تسليم کردن* *teslim kerden*, idem, animam tradere, mori.

Præpositiones verò Arabicæ & Persicæ præponuntur nominibus Arabicis aliisque, ut apud ipsos Arabes & Persas, secus de Turcicis.

Ex Persicis denique Verbis Infinitivus rarius adhibetur à Turcis, nisi nominaliter, pro quo sæpius venit derivativum actionis in *ش* *is*. Sæpe autem adhibentur Participia tam Activa integra in *ان* *ân* & in *نده* *ende*, & compositiva illa similia Imperativo, quàm Passiva, seu Præteriti temporis, quæ fiunt ab Infinitivo, mutato *ن* *nu* finali in *س* legendum e. Circa quæ omnia Vide Cap. 6. Part. 4.

Jam verò veniamus ad constructionem singularum partium & omnium simul.

CAPUT TERTIUM

De concordantia nominis cum nomine.

Nomen Adjectivum in Turcicis semper præponitur suo Substantivo immotum & indeclinatum, ut *گوزل آدم* *güzel âdem*, pulcher homo, *گوزل آدمه* *güzel âdeme*, pulchro homini, *گوزل آدملرک* *güzel âdemlerün*, pulchrorum hominum, planè ut in Hungaricis. Et de hoc satis jam dictum est in Parte secunda, Cap. 4.

In Persicis autem Adjectivum postponitur suo Substantivo, quod ei annectitur annexione prolativâ, quam Arabes vocant *اضافة لغاية* *yzâfetün lafzîjetün*, sed in quocunque casu sit nomen annexum, nempe Substantivum, kiefrañ tantum ultimam ejus consonantem, ut *بر* *ber*, fructus, *بر شیرین* *berî şirîn*, & hîc, ut vides, nihil adscribitur; sed in Nominibus in vocales desinentibus, sive per *ا* *elif*, و *waw*, *ي* *j* expressas, sive per otiosum *ه* *he* finale indicatas, adscribitur etiam realiter *ي* *i*, vel *ی* *i*; *ي* nempe terminatis literâ quiescente *ا* *elif*, vel و *waw*; *ی* autem nominibus in *ي* *i*, vel *ه* *he* desinentibus, ut *پارسا* *pârsâ*, religiosus, *پارسای آگاه* *pârsâi âgâh*, religiosus vigilans, gnarus, *ایلچی* *ilci*, Legatus, *بزرگ ایلچی* *ilci büziirk*, Legatus magnus, *تیهو* *tihü*, perdix, *تیهوی رفنار* *tihü refîâr*, perdix egregiè incedens, *میوه* *mîwe*, fructus, *میوه شیرین* *mîweî şirîn*, fructus dulcis, *جامه* *giâme*, vestis, *جامه ناپاک* *giâmeî nâ-pâk*, vestis sordida. Utrique igitur postponitur in declinatione particula casus determinativa, ut *بزرگرا گفت* *ilci büziirkâ güft*, Legato magno dixit. *آن میوه شیرینرا بخورد* *ân mîweî şirînâ büchord*, illum fructum dulcem decedit. Sed Plurali Substantivo ut plurimum affigitur characteristicæ Pluralis, manente Adjectivo in Singulari, ut

دوستان قدیم را دوستانی کهدینوا گفتم, amicis antiquis dixi. میوه های میوه های شیرین müwehâi şirîn, fructus dulces. Sic in declinatione

¶ In Arabicis Adjectivum semper postponitur suo substantivo, cum quo concordare debet genere, numero, casu & determinatione vel indeterminatione, id est praefixione articuli, vel carentiâ ejus, ut كتاب عظيم Kitâbün âzýmün, liber magnus, libro grande, ò un libro grande, الكتاب العظيم el Kitâbül âzýmü, liber magnus, il libro grande. Nomina tamen propria quæ in singulari non suscipiunt articulum, ut & pronomine personali affecta, seu Possessiva censentur ex se determinata unde Adjectivum sequens debet habere articulum, ut إبراهيم الامين ibrahimül-emînü, Abrahamus fidelis, Abrahamo il fedele, ابي المكرم ارسل الي هذه الرسالة ebil-mükerrümü ersele ilejje hâzihir-risâlete, Pater meus reverendus misit ad me hanc epistolam. Quòd si invenias post Substantivum articulo affectum seu determinatum Adjectivum articulo carens adeoque indeterminatum, judicail- lud non poni adjectivè, sed esse prædicatum subjecti cum copula, ut الرجل عالم erregiülü âlimün, non significat simpliciter vir doctus, sed vir est doctus, ut è contra الرجل العالم erregiülül âlimü, significat vir doctus, l'huomo dotto, nec potest significare vir est doctus. Sciendum autem quòd quando Substantivum est nomen Plurale, præsertim non rationale sive Masculinum sive Fœmininum, tunc usurpatur Adjectivum in fœminino singulari, ut افراس سوداء efräsün sūdâü, equi nigri, الحجارة الكبيرة el hygiarül kebîretü, lapides magni, q. lapides magna, & ex corano تجري من تحتها الانهار جئاتن tegri min t.ebtihel en-hârü, horti, sub quibus currunt fluvii, ubi Singularia fœminina تجري tegri, & ها hâ, construuntur cum جئاتن gennätün, & انهار enhârün Pluralibus non rationalibus. Scias demum quòd Substantivum appellativum cum adjuncto Adjectivo nomen proprium constituens articulum abjicit, ut بيت المقدس bejtül mukaddesi, domus sanctificata, i. e. Hierosolyma, باب الصغير babüs-faghÿrü, Porta parva, Nomen portæ Damascenæ. Nota porro modum loquendi Arabicum زيد العالم اخوه zejdül âlimü achühu, Zeidus doctus frater ejus, pro Zeidus ille, cujus frater est doctus; cujus constructio seu concordantia differt à superiore, quia illud concordat in omnibus cum suo Substantivo præter Plurale non rationale, ut dictum est, hoc verò non concordat cum sequente suo Substantivo proprio nisi in genere & numero, debet autem concordare cum precedente substantivo quantumvis non suo in casu & determinatione Articulari. Et posterius substantivum se habet tanquam agens respectu Adjectivi, in quo subintelligitur Verbum. Et quia, ut infra dicitur, dum agens sequitur Verbum, hoc elegantius in singulari adhibetur, quamvis agens sequens sit Duale vel Plurale, ita hic Adjectivum requiritur regulariter singulare, quamvis substantivum ejus sit Duale vel Plurale. Potest tamen, cum Plurale est Substantivum, Plurale etiam esse Adjectivum præcedens, sed Plurale fractum, non verò sanum. Quæ facilius subjectis exemplis percipies. زيد الجميلة زوجته zejdül, vel absolutè zejdün, el gemiletü zewgetühu. Zeidus pulchra uxor ejus, i. e. Zeidus, cujus uxor pulchra, seu habens uxorem pulchram زيد الجميلة زوجته zejdin, el gemileti zewgetühu. Zeidi pulchræ uxor ejus, i. e. Zeidi habentis pulchram uxorem, زيد الجميلة زوجته zejden, el gemilete zewgetühu, Zeidum pulchram uxor ejus, pro Zeidum cujus uxor pulchra. Sic رجل جميلة امراته regüülün gemiletün im-rätühu, vel gemiletü-mrätühu, vir quidam, cujus pulchra uxor, sic in Duali زيدان الجميلة ezzejdâni gemiletü-mrätâhümâ, duo Zeidi, quorum amborum pulchræ uxores, زيدان الجميلة امراتهما ezzejdejnül-gemileti-mrätâhümâ, duorum Zeidorum, quorum amborum pulchræ uxores. زيدان الجميلة امراتهما ezzejdejnül-gemilete-mrätâhümâ, duos Zeidos quorum uxores pulchræ. In Plurali زيدون الجميلة نسائهم ezzejdânel-gemiletü nisâühüm, Zeidi plures, quorum pulchræ uxores, زيدون الجميلة نسائهم ezzejdejnül-gemileti nisâühüm, Zeidorum, quorum pulchræ uxores, زيدون الجميلة نسائهم ezzejdejnül-gemilete nisâühüm, Zeidos, quorum pulchræ uxores. Dicitur etiam زيدون الجميلة رجالهم ezzejdânel-gimälü nisâühüm, Zeidi quorum pulchræ uxores, cum Plurali fracto, ut & sine articulo رجالهم جمالا رجالهم rigiâlen gimâlen nisâühüm, viros, quorum pulchræ

pulchræ uxores, & id totum est quasi loco adjectivi respectu primi substantivi, ut *الزیدون* *ezzejdüne ġemiletün nisāühüm*, Zeidi, pulchræ sunt uxores eorum, est in-
star predicati respectu substantivi sequentis. Porro idem intelligendum de substantivo fe-
minino, ut *امرأة عالم زوجها* *imrätün älimün zewġiühā*, mulier quædam, cujus vir doctus,
امرأتان عالم زوجها *imrätāni älimün zewġiähümā*, duæ quædam mulieres, quarum viri
docti, vel cum articulo, *الامراتين العالم زوجها* *el imrâtejnit- älimi zewġiähümā*, dua-
rum mulierum, quarum viri docti, & in Pl. *النساء العالم ازواجهن* *en-nisāül- älimü ezwā-
ġiühünne*, plures mulieres, quarum viri docti, vel *النساء العلماء ازواجهن* *ennisāül- äle-
māü ezwāġiühünne*, Idem.

Quotiescumque autem ejusmodi Adjectivum fuerit Participium Passivum vel Adje-
ctivum qualificans, quod est Participium Verbi Intransitivi & dicitur *صفة مشبهة* *syfetüm
müsebbehetün*, Adjectivum assimilatum, tunc licebit construere illud, ut mox dictum est:
licebit etiam & annexere ipsum Adjectivum suo sequenti subjecto in genitivo, ut *هند العالمة*
hindün, vel *hindül- älimetüz zewġi*, Hinda docta viro, cujus vir doctus, sic *امرأة عالمة*
imrätün älimetüz-zewġi, mulier quædam docta viro. *امرأة جميلة الوجه* *imrätün ġemiletül wegħi*, mulier pulchra faciei, seu quæ pulchram habet faciem, aut facie
pulchra est, sic *رجل جميل الزوجة* *regiülün ġemilüz-zewġeti*, pulcher uxore, cujus uxor
pulchra. *رجل مضروب الأب* *regiülün mazrübülebi*, vir quidam percussus patre, cujus
pater percussus, *زيد المضروب الأب* *zejdül-mazrübülebi*, Zeidus percussus patre; quod
etiam licet dicere *زيد المضروب أباً* *zejdül-mazrübü eben*, Zeidus percussus patre, cujus
pater percussus. Et ita dicere licebit triplici modo, v. g. *حبشي ابيض اسنانه* *habšijün*,
vel *habšijün ebjazü esnānūhu*, Æthiops, cujus albi dentes, vel *حبشي ابيض الاسنان* *hab-
šijün ebjazul-esnāni*, q. albus dentium, & *حبشي ابيض سناً* *habšijün ebjazü sinnen*, q.
albus dentes, vel dentibus; & cum articulo *الحبشي ابيض اسنانه* *el habšijül-ebjazü es-
nānūhu*, Æthiops ille, cujus dentes albi, vel *الحبشي ابيض الاسنان* *el habšijül-ebjazül-
esnāni*, albus dentium, *الحبشي ابيض سناً* *el habšijül-ebjazü sinnen*, albus dentes. Sic
Participium Passivum *حبشي مضروب الصلابة* *habšijün mazrübün sulbūbu*, Æthiops, cujus
dorsum percussum, *مضروب الصلابة* *mazrübūf-sulbi*, *مضروباً صلابة* *mazrübün sulben*,
& cum articulo similiter *الحبشي المضروب الصلابة* *el habšijül-mazrübü sulben*, vel *المضروب
الصلابة* *ül mazrübü sulbubu*, & *المضروب الصلابة* *ül mazrübūf-sulbi*, Æthiops ille percuf-
sus dorso, vel cujus dorsum percussum. Hæc ex Guadagn.

Turcæ igitur, uti utuntur sæpe Adjectivis tam Arabicis, quàm Persicis, ita ea præpo-
nere suo modo possunt Substantivis, ut *بر عظيم كتاب* *bir äzým kitāb*, magnus liber,
بر عظيم كتابك *bir äzým kitābün*, magni libri, *عظيم كتابدن* *äzým kitābten*, ex ma-
gno libro, *عظيم كتابلر* *äzým kitābler*, magni libri, &c. Ea tamen sæpe postponunt
cum annexione illa perpetua prolatitia, vel, *ي* vel *ئ*, modo, quo in Persicis dixi,
ut *بر كتاب عظيم* *bir kitābi äzým*, liber magnus, *بر كتاب عظيمده* *bir kitābi äzým-
de*, in quodam libro magno. Sic in Plurali *حجار كبيرتك يغني* *hyġiārī kebiretün- iyġhy-
ny*, acervus lapidum magnorum. Sic *عصاف جميلة* *ewsāfi ġemile*, prædicata egregia,
qualitates pulchræ. Si autem fuerit ex ultimo ordine Adjectivum articulo determinatum
Substantivo articulum non habenti adjunctum, tunc illud sic manet in Turcicis, in quo-
cunque casu ponatur, ut *بيت المقدسه وادي* *beitül mukadd. se wardy*, ivit Hierosolymam.
Talia enim censentur composita, etiam reali annexione annexa, & sic, ut accipiuntur in No-
minativo, ita adhibentur à Turcis in quocunque casu, v. g. *عبدالله* *äbdüllāhi*, servus Dei,
& Nom. prop. & in Plurali *عباد الله* *ġbādüllāhi*, servi Dei; quæ Turcæ, ut dictum est,
adhuc demptâ semper ultimâ vocali, *äbdüllāh* & *ġbādüllāh*. Dicent ergo, e. g. *عبدالله*
äbdüllābi (non *äbdellābi*) *ġordüm*, vidi servum Dei. Sic *عباد الله مرحمتلو* *ġbā-
düllāhi merhemetlü*, servus Dei, seu in servos Dei, vel subditos misericors, clemens.

Persica porro Adjectiva similiter aut suo modo præponunt, ut *خوب صورت* *chüb äw-
ret*,

ret, aut postponunt more Persico *زن خوب zenī chūb*, pulchra mulier. Sic *دوستان قدیمه دیدم dostānī kədime دیدم*, amicis antiquis dixi. Nota tamen, non posse talia Adjectiva Arabica aut Persica postponi Substantivis Turcicis, sed hæc debere esse aut Persica aut Arabica ad libitum, ut non potest dici *مش شیرین jemišī širīn*, sed bene *شیرین مش širīn jemiš*, dulcis fructus; sed ad hoc ut illud *شیرین مش širīn* postponere possis, opus est Substantivo aut Arabico aut Persico ad libitum. Sic ergo dicendum esset cum Arabico *ثمر شیرین semerī širīn*, vel *ثمره شیرین semerešī širīn*, seu *ثمره شیرین semerešī širīn*, aut cum Persico *بر شیرین berī širīn*, vel *میوه شیرین mejuve*, vel *میوه شیرین miwešī širīn*, fructus dulcis. Sic non potest Turcicè dici *سيف تيز kylygī tiz*, sed *تيز سيف tiz kylyg*, at optimè cum Persico *شمير تيز simširī tiz*, vel cum Arabico *سيف تيز seffī tiz*, acutus gladius. Quod intelligendum etiam de Annexione Substantivi cum Substantivo, de qua infra.

Participia, Pronomina & numeralia construuntur more Adjectivorum in Turcicis, h. e. præponuntur suo Substantivo. Sed in Persicis, immò & in Arabicis Pronomina separata demonstrativa præponuntur Substantivo, ut *از این جانب ez in gīanib*, ex hac parte, *من هذا الجانب min hāzel gīanibi*. Idem, ex hac parte.

Denique, si utrumque nomen Substantivum & Adjectivum sit Arabicum, concordabunt etiam in genere, dicelque, v. g. *مدينة منوره medinetī mūnewwere*, aut, quia infra dicendum est Arabica nomina foemina in *ة* desinentia verti à Turcis, vel in *ت*, vel detractis punctis in *و* otiosum, *مدينة منوره medinetī mūnewwere*, Civitas illuminata (sic vocant Medinam, ubi sepultus est eorum Pseudopropheta Mahomet) Aliàs Turcicè constructione esset *منوره اولان مدينة mūnewwer olan medine*. Sic *اوصاف جميلة ev-sāfi gīmīlešī*, ejus qualitates pulchræ, eximie dotes, laudes. Pluralia enim, pec. irrationalium, foemini esse generis dictum est, & optimè construi cum singulari Adjectivo foeminino, ut hic vides, quamquam id non ita exactè servent in familiari sermone, aut etiam in libris ipsis, & in Persicis quidem minimè; dicitur enim *هفته مبارک heftešī mūbārek*, non *مبارکه mūbāreke*, licet Arabica videatur esse terminatio foemini: sed ideo id fit, quia in Persicis non datur generis distinctio.

Concordantia Relativi cum antecedente.

De Relativo Turcico & Persico *که ki* dictum est Part, 3. Cap. 2.

¶ De Arabico *الذي ellezī*, qui, restat adhuc aliquid dicendum.

Concordat itaque cum antecedente in genere & numero, non autem in casu. Sic dicitur *الرجل الذي erreğiülül-lezī*, vir qui, *الرجل الذي erreğiülül-lezī*, viri qui, *الرجل الذي erreğiülel-lezī*, virum qui. Dual. *الرجلان الذين erreğiülānil-lezāni*, duo viri qui, *الرجلين الذين erreğiülejnīl-lezāni*, duorum virorum qui, & quos, Plur. *الرجال الذين erreğiälül-lezīne*, viri qui, quorum, quibus, quos. Sic *الرجال الذين erreğiäle*, virorum, *الرجال الذين erreğiäle*, viros, &c. Sic *الامرأة التي el imrätül-letī*, mulier quæ, cujus, cui, quam. Dual. *الامرتان اللتان el imrätānil-letāni*, vel *illetjui*, duæ mulieres quæ, quarum, &c. *نساء اللواتي niswetül-lāwātī*, vel *اللواتي üllāi*, vel *اللواتي üllāi*, vel *اللواتي üllātī*, mulieres quæ, quarum, &c.

Cum autem Plurale antecedens fuerit non rationale, Relativum ponitur foemininum singulare, uti non rectè diceretur *الكتب الذين el kütübül-lezīne*, libri qui, sed dici debet *الكتب التي el kütübül-letī*, libri qui. Quod fit etiam in Pronominibus personalibus reciprocis, ut *أخذت كتباً وقرأتها acaztü kütüben ve kereetühā*, sumpsi libros quosdam & legi eos. Rarè autem usurpatur hoc Relativum in obliquis casibus, maxime in Singulari, sed Affixis ipse defectus suppletur, ut *ضربني الرجل الذي نصرته zarabenir-regiülül-lezī nasertübu*, percussit me vir ille, quem adjuveram, & in Duali *ضربني الرجلان الذين نصرتهما zarabenir-regiülānil-lezāni nasertühümā*, quod etiam simpliciter dici potest *ضربني الرجلان الذين نصرته zarabenir-regiülānil-lezejni nasertü*, percusserunt me duo viri, quos adjuveram.

Omittunt saepe ipsam Relativum *الذي ellezī*, & utuntur solo Affixo, ut in exemplis superioribus Adjectivi cum Substantivo habuisti. Sic dicunt *الله جل شانه allāhü gelle šānūhu*, Deus, cujus gloriosus est status, q. Deus, gloriosus fuit, est, & erit status ejus, quod nos diceremus, Deus gloriosus, potens, &c.

Cæterum hujusmodi Pronomina, sive relativa, sive personalia affixa prærequirunt

sem-

semper antecedens, ad quod referantur, saltem ut virtualiter precedat, si non prolatime. Unde dicere licet الذي خلقنا هو يدبرنا *ellezi chalakanā hüwe jüdebbirünā*, qui creavit nos, ipse regit nos, quia scilicet praetelligitur antecedens ille. Licebit etiam dicere ضرب غلامه زيد *zarebe ghulāmehu zejdün*, percussit servum suum Zeidus, quia virtualiter precedit antecedens, agens Verbi, seu Nominativus; non item licet dicere ضرب غلامه زيد *zarebe ghulāmühu zejden*, percussit servus ejus Zeidum, q. زيد *zejden* est patiens, & sic nec virtualiter precedere potest. Sic dici potest في داره زيد *fī dārihi zejdün*, in atrio suo Zeidus, quia زيد *zejdün* virtualiter precedit tanquam basis enuntiationis. Nec bene dicitur الدار صاحبها في الدار *sāhybühā fiddāri*, Dominus ejus in atrio est, quia non precedit antecedens, sed dici debet في الدار صاحبها *fid-dāri sāhybühā*, in atrio Dominus ejus, vel صاحب الدار فيها *sāhybūd-dāri fihā*, Dominus atrii est in eo.

Concordantia Substantivi cum Substantivo.

Quotiescunque duo nomina Substantiva, non solum rerum diversarum, sed & ad eandem rem pertinentia in oratione continuantur, alterum erit Genitivi casus, eorum enim etiam, quae in Latinis & Germanicis casu concordant, ponunt Turcae, Arabes & Persae, ut Itali & Galli, alterum in Genitivo, ut Urbs Vienna, die Stadt Wienn / dicitur Turca *bec sehri*, aut ex Arabico & Persico *مدینهٔ بچ medinei bec*. La Città di Vienna. La Ville de Vienne. Sic اوردل ولايتي *erdel wilajeti*, vel ex Arabico ولايت اردل *wilaj-ti erdel*, Regio Transylvania, vel Transilvania. Il paese di Transilvania. طونا ارمعي *tuna irmaghy*, vel نهر طونا *nehri tuna*, Fluvius Danubius, & sic de aliis, quae construuntur eodem modo, quo alia duo Substantiva diversarum rerum, quorum in latina aliique Linguis alterum est in Genitivo: hoc tamen observato, quod in Etymologia fuse explicavimus, quod nimirum Genitivus debet in Turcicis precedere alterum Substantivum, ut in Germanicis; alteri verò Substantivo additur ي vel سي *si* possessivum, v. g. پاشانک اوغلی *pāsanün-oghly*, Filius Bassae, seu Gubernatoris provinciae. Desß Stadthalters sein Sohn. Il figliuolo del Bassa, ò Governatore. پاشانک اوغلینک يولداسی *pāsanün-oghlynün-joldasi*. Filii Bassae socius, confors, & conjux. Desß Bassa seines Sohns Gespan, oder Gesmahlin. Il compagno, ò consorte, la moglie del figliuolo del Bassa, sic per omnes casus. پاشانک اوغلینک يولداسینه *pāsanün-oghlynün-joldasine*, socio, vel conjugii filii Bassae. Sic پاشانک اوغلینک توابعلری *pāsanün-oghlynün-tewābi-leri*, Asseclae filii Bassae. Ubi nota, Plurali Arabico addi etiam posse notam Pluralis Turcicam, ut hic توابعلری *tewābi-leri*, pro توابعی *tewābi-y*. Revoca etiam huc, quae Part. 3. Cap. 3. dicta sunt, quod nempe Nominis indeterminati omittatur characteristica Genitivi, ut si dicatur Germanicè Cines Bassa Sohn Ital. Il figlio d'un Bassa, ò figlio di Bassa, Turcicè dicendum est پاشا اوغلی *pāsa oghly*, & non پاشانک *pāsanün*, quia hoc ultimum significat Desß Bassa / del Governatore, determinatè.

Ubi autem expressa numero aliquo fuerit quantitas rei, Genitivus ille non praepositur sed illud Substantivum quod deberet esse in Genitivo postponitur in Nominativo, ut بر الای *bir alaj berāmzāde*, aliquot nequam, seu una turba nequam hominum, q. illegitimè natorum, una mano di forsanti. Sic ایکی قدح شراب *iki kadah šerāb*, duo scyphi vini, اون کیله بغدادی *on kile boghday*, decem mensurae tritici; planè ut in Germanicis; Ein Menge Schälke / Böhswicht / zwey Gläser Wein / zehen Regen Weizen, &c. Sic الی بر باش *elli bir baš*, vel rees kojun, quinquaginta capita ovium h. e. 50. oves. یکر می پاره قطعه قالیون *jigirmi pāre, vel kyt-ē kalijon*, viginti naves majores, zweinsig Kriegs-Schiff / vinti pezzi di galeoni, 20. galeoni. Sic in numerando saepe addunt quid simile, ut de hominibus dicunt کیشی *kisi*, vel usit. نفر *neser*, persona, اوچ نفر یکچری *üç neser ien-yçeri*, 20. Janissarii: de animalibus باش *baš* vel رأس *rees*, caput, de armis قبضه *kabza*, manubrium, de majoribus rebus, etiam de pagis پاره *pāre* vel قطعه *kyt-ē*, pars, Stud / de minoribus دانه *dāne*, tane, granum, de aequalibus rebus عدد *aded*, numerus, &c. Sic etiam dicitur بر لکه اتمک *bir lokma etmek*, frustum

flum panis, ein Stuck Brod / بر ايجوم سو *bir icium su*, haustus aquæ, لوج وقته زعفران, *uc wakÿje* (vul. اوقه *oka*) *zæferan*, tres libræ croci, drey Pfund Saffran. *Vide præcitatum Cap. 3. Partis 3.* & hîc nota, quòd numeris adjungatur nomen verbumque in Singulari, nec nisi rarissimè in Plurali ponantur, iidemque numeri præponi soleant ut Adjectiva Substantivis, nisi in rationibus expensi vel accepti, seu, ut vocamus, registris, quæ sic, ut plurimum, fiunt

چوقه	اريد	ات	اتك	عربه	باركبير	يولجى
اندازه	كيله	وقيه	عدد	پاره	راس	نفر
۱۰	۴	۷	۳۲	۵	۲۰	۱۵

Legunturque hoc modo *jolgi nefer onbes*, viatores numero ۱۶. *bârgîr rees jigirmi*, veredi, equi num. 20. *âraba pâre bes*, currus num. ۶. *ctmek âded otuz iki*, panes num. 32. *et wakÿje iedy*, carnis libræ 7. *arpa kile dört*, hordei menfuræ 4. *cioka*, (*cioha*) *endâze on*, panni ulnæ 10. Quæ aliàs solent scribere caractere قردم *kyrma* dicto, fracto nimirum & sæpe punctis destituto adeoque imperitis lectu perdifficili.

Cum exprimenda est materia, ex qua aliquid fit, quod Latini per *ex* reddunt, aut per Adjectivum materiale, id Turcæ exprimere solent per duo Substantiva absque ulla Genitivi aut Ablativi positione, e. g. dicunt كوش قاشق *gümîs kasik*, vel ferè *kasük*, cochlear ex argento, seu cochlear argenteum, التون زنجير *altun zingir*, aureus torques, در قپو *demÿr kapu, kapi*, porta ferrea, اناج قاب *aghaç kab*, vas ligneum. Sic & ارید *arpa su*, cerevisia, بال سو *bal su*, mulfum, hydromeli, quasi dicerent, argentum cochlear, aurum catena, ferrum porta, lignum vas, hordeum aqua, mel aqua, quæ tamen possunt etiam reddi modo nostro كوشدن قاشق *gümîsten kasik*, التوندن زنجير *altundan zingir*, اریددن سو *arpadan su*, &c. ex argento cochlear, ex auro catena, ex hordeo aqua, &c. aut, quod rariùs, كوشلو قاشق *gumislü kasik*, argenteum cochlear, &c.

In Arabicis quoque Substantivum cum Substantivo Genitivo casu jungitur, ut كتاب زيد *kitâbü zejdin*, liber Zeidi, يد الانسان *jedül insâni*, manus hominis, خاتم ذهب *châtemü zehebin*, annulus auri, aureus, ubi Genitivus semper postponitur. Circa quod notandum primò, constructionem hujusmodi vocari Arabicè الإضافة *el-yzâfesü*, annexio, & dicitur utrumque Substantivum sic annexum الاسم المضاف *el-ismül-muzâfû*, nomen annexum, & separatim primum dicitur مضاف muzâfün, posterius verò, quod in Genitivo est مضاف اليه *muzâfün ilejh*, cui annexum est. Duplicem autem dicunt esse Annexionem, alia enim dicitur إضافة معنوية *yzâfetün mânewijetün* (Turcis اضافه معنوية *yzâfetü mânewije*) annexio realis, seu realiter significans, vel حقيقة *hakÿkjjetün*, vera: altera autem dicitur لفظية *lefzÿjjetün*, prolatitia, seu prolatione tantum, غير حقيقة *ghajrü hakÿkjjetin*, non vera. Vera & realis est, quando potest resolvi per particulam *li*, quæ est nota Dativi, & sæpe Genitivi nostri casus, significans possessionem, vel dominium, ut in exemplo superiore كتاب زيد *kitâbü zejdin*, liber Zeidi, importatur dominium, seu possessio, quâ Zeidus obtinet librum, perinde ac si diceretur الكتاب الذي لزيد *el kitâbüllezi i: zejdin*, liber, qui est Zeido, seu Zeidi, vel quem habet Zeidus, vel simpliciter كتاب لزيد *kitâbü li zejdin*, liber, qui Zeido, vel Zeidi est. Vera quoque dicitur, quæ resolvi potest per particulam *min*, ex, de, quæ importat materiam, ex qua, ut خاتم ذهب *châtimü zehebin*, annulus auri, resolvi sic potest خاتم من ذهب *el-châtimüllezî min zehebin*, annulus qui est ex auro, vel simpliciter خاتم من ذهب *châtimün min zehebin*, annulus ex auro. Porro vera etiam censetur quæ per *fi* resolvi potest, ut ضرب اليوم *zarbüllezi fil jewmi*, percussio hujus diei, quia resolvi potest الذي الذي في اليوم *az-zarbüllezi fil jewmi*, percussio quæ in hac die fuit, &c. Cætera autem Annexiones quæ his tribus modis resolvi non possunt dicuntur tantum prolatione, non significatione.

Quando igitur Annexio vera est, tunc nomen Annexum, nempe prius, quod alteri

in

in Genitivo existenti innititur carere debet articulo, & tenuino, hoc est ن : & si Duale sit aut Plurale sanum Masculinum, privanda erunt suis ن finalibus, ut كتاب زيد *Kitābū zejdin*, liber Zeidi, كتابا زيد *Kitābā zejdin*, duo libri Zeidi. Plurali autem sano, ut antè dictum est, post و solent tunc addere ل elif otiosum, ut بنوا زيد *benū zejdin*, filii Zeidi. Non licet igitur dicere كتاب زيد *Kitābū zejdin*, vel الكتاب زيد *elkitābū zejdin*, neque كتابان زيد *Kitābāni zejdin*, neque بنون زيد *benūne zejdin*, neque البنوا زيد *elbenū zejdin*; sed uti suprā.

Alterā Annexio, quæ est secundum prolationem tantum, non vera & realis, est primò Annexio Agentis ad suum Patiens, ut ضارب زيد *zāribū zejdin*, percutiens, seu percussor Zeidi, quando sensus est de actione præsentis vel futura: nam quando sensus est de actione præterita, Annexio censetur vera, pertinens ad priorem. Secundò Annexio Adjectivi qualificantis ad suum Subiectum, ut حسن الوجه *hasenūl wegħi*, pulcher faciei, quod nos dicimus, facie pulcher. Tertio Annexio patientis ad nomen aliud explicans peculiare Subiectum passionis, ut مضروب الظهر *mazrūbuz-zehri*, percussus dorſi, seu dorſo.

In eiusmodi ergo Annexionibus non realibus nomen Annexum necessariò privandum erit tenuino ن finali, si Duale aut Plurale sanum sit, non tamen necessariò privari debet articulo, sed potest esse vel cum articulo vel sine eo, prout sensus est de determinato aut de vago seu indeterminato, ut ضارب العبد *zāribūl ʿabdi*, الضارب العبد *ez zāribūl ʿabdi*, percutiens seu percussor servi, Italicè redderetur, Battitore vel un battitore del seruo, posterius, il battitore del seruo. Si tamen nomen, cui sit Annexio, seu quod est in Genitivo, fuerit nomen proprium, licebit quidem juxta sensus exigentiam dicere cum Articulo Annexi, si fuerit in Duali vel Plurali, ut ناصر زيد *nāsyra zejdin*, vel الناصرا زيد *en-nāsyra zejdin*, duo adjutores Zeidi, & الناصروا زيد *en-nāsyru zejdin*, plures adjutores Zeidi. Non autem licebit dicere cum Articulo Annexi si fuerit in Singulari; quare non dices ناصر زيد *en-nāsyru zejdin*, sed sine Articulo ناصر زيد *nāsyru zejdin*, Adjutor Zeidi. Quod si dicere volueris cum Articulo determinante, dic ناصر زيدا *ennāsyru zejden*, adjuvans Zeidum, sed tunc non erit Annexum, sed tanquam participium reget casum sui Verbi.

In cæteris verò Annexionibus necessariò privandum erit Nomen Annexum & articulo & tenuino ن Duali vel Plurali.

De nomine posteriore, cui prius annectitur, nulla difficultas, ponitur enim aut cum articulo si sit determinatum, aut sine articulo si fuerit vagum seu indeterminatum, quod alibi declaratum est.

Quod si nomen Annexum habeat epithetum seu Adjectivum, hoc non ponitur nisi post nomen posterius, cui prius annectitur. Nec enim, ut suprā innui, dici potest رأيت ملاك عزيز *reejtū melāke ʿezizallāhi*, sed رأيت ملاك الله العزيز *reejtū melākallāhil-ʿezize*, vidi Angelum Dei fortem.

Perſæ quoque in concursu duorum Substantivorum utuntur simplici, aut, si vis, reali annexione absque alia Genitivi nota, ut كتاب پدر من *Kitābī pederī men*, liber patris mei, سلامت مردم *selāmetī merdūm*, salus hominis, حكايت آن رويه *hykājētī ān-rūbāh*, hiltoria illius vulpis, إقليم پارس *yklīmī pārs*, Regnum Parthorum, درگاه خدا *dergāhī chudā*, Aula Dei. Atque perpetua est in quolibet casu terminatio prioris, seu Annexi Substantivi, additur nimirum *kefra*, h. e. calci prioris nominis illud ئ breve, quo annectitur alteri Substantivo immutato, quod tamen nostro modo diceremus esse in Genitivo. Si autem nomen Annexum desinat in ا و و ا , realiter adscribitur ئ ئ , & si desinat in ئ ئ , vel in ئ ئ , vel ئ ئ , adscribitur ئ *hemza* cum *kefra*, ئ , eo modo, quo tibi explicui, dum egi de concordantia Adjectivi cum Substantivo, e. g. پاشاي شام *pāšāi šām*, Bassa, seu Gubernator Damasci, كتحداي وزير اعظم *ketchudāi vezirī ʿazem*, Praefectus Aulae supremi Vefirii aut Ministri, تيموي صحرا *tihūi sahrā*, perdix campi, بوي گل *būi gūl*, odor rosæ, پدر پادشاهي *pādisāhī peder*, Regnum patris, خانه برادر *chā-*

chānēi būvāder, domus fratris. Hanc autem Annexionem realem vocant plerumque *yzāfeti lāmije*, quasi quæ potest resolvi per *l* et particulam Arabicam possessionis, ut dictum est, significativam. Annexionem autem Substantivi cum Adjectivo, & methaphoricam, seu quæ realis possessionis nihil habet, vocant *yzāfeti bejanije*, annexio explicativa, ut *ejjāmi gūzeſte*, dies, vel tempora præterita, *chābī nūſin*, somnus suavis, *menī misķin*, quod dicunt Turca *ben ſekyr*, ego pauper, miserabilis. Sic *dājei ebr*, nutrix nubis, seu nubes, q. herbarum nutrix, *chyl-ēti newrūz*, vestis æquinoctii, viror, *bārāni rahmet*, pluvia misericordiæ aut clementiæ, & similia.

Sciendum etiam Persas dum utuntur hujusmodi annexionibus, etiam si nomina sint Arabica eodem modo ea efferre adjecto nimirum *i* ultimæ consonanti aut vocali Annexi. Immo si Arabicum nomen exeat in *y* proferendum ut *ā*, tunc in constructione vertunt *y* in *ī*, & huic addunt suum *y* breve *i*, ut *temennāi ſifā-ēt*, petitio intercessionis, sic in *ma-nā*, *de wā*, *mevlā*, &c.

Turcz itaque cum utuntur Arabicis & Persicis nominibus aut ea construunt suo modo præponendo Adjectivum Substantivo & Genitivum nomini Annexo, aut adhibent ferantve Annexionem Persicam, hoc est postponunt Adjectivum suo Substantivo, aut Substantivum, quod debebat esse in Genitivo juxta regulas Turcarum generales superius datas, postponunt alteri Substantivo Annexo aut regenti, addendo semper huic priori in legendo vocalem *i* brevissimè proferendam & conjunctim cum sequenti dictione absque pausâ, quasi esset unum compositum; quod commune habent cum Persis, e. g. Liberum est Turcis dicere *muhammedün-ylākı*, dimissio, liberatio Mahometis, & dicere *ylākı muhamed*, Idem, liberatio Mahometis putà captivi. Sic *müekked tembih*, roborata, aut iterata inhibitio, & *tembih müekked*, Idem *chālyſ muhabet*, vel *muhabeti chālyſe*, amor sincerus, *mezbur sipāhi*, *sipāhi mezbür*, prædictus eques, & infinita alia. Ubi observandum velim primò, necessario in his Annexionibus debere esse ambo nomina aut Arabica aut Persica: nam cum Turcicis non annexantur Arabica neque verò Persica, sed bene hæc inter se. Secundò *ā* fœmininum terminativum Arabicum mutari sive in Turcicis, sive in Persicis in *t*, ut pro *muhabetün*, scribunt *muhabet*, vel certè, quod Persis longè frequentissimum est, nec rarum Turcis, idem *ā* finale verti in *ā* nudatum suis punctis & tuâ vocali aut nunnatione, ut in exemplo allato utrumque habes *muhabeti chālyſe*, pro Arabico *chālyſetün*. Et semper quidem id observatur in Adjectivis fœmininis, in Substantivis autem aliquando sic fit, aliquando *ā* in *t* vertitur, & sæpe utroque modo idem Substantivum invenitur scriptum tam apud Turcicos quàm apud Persicos Authores. Postremò notandum est, quod supra innui, si Annexa ejusmodi nomina Arabica adsumantur ad Turcica vel Persica, cum secundum nomen, in Genitivo nempe positum, Arabicum afficitur articulo, tunc ubique adhibetur integrum in Nominativi terminatione, quemcumque tandem exigat sensus casum, quem aliàs, si opus est, exprimunt adjectâ ultimæ posterioris nominis characteristicâ casus requisiti, v. g. *abdüllāhün-isi*, res servi Dei, non verò *abdillāhi* in Genitivo. Talia sunt *wāgibür-ry-ñje*, dignus honore, *ākybetül emyr*, exitus rei, finis, & finaliter, tandem. *fi nefsil emyr*, in imo rei, in ipsa re. *Nel fondo della cosa*, & sexcenta alia.

Sciendum autem & diligenter observandum, sæpe occurrere duo Substantiva Arabica aut Persica etiam in scriptione distincta, quæ sunt merè unum compositum adinstar Adjectivi usurpandum, & sic omnino sunt legenda, absque additione illius *i* annexionis etiam in lectione, e. g. *yzzet meāb* (non *yzzeti meāb*) receptaculum magnificentiæ, *ricetto di magnificenza*, h. e. magnificus, illustrissimus, &c. *ſelek rif-ēt*, altitudo cœli, seu altitudinis cœli, i. e. instar cœli altus, celsitudine cœlum æquans, &c. *jūsüf gemāl*, pulchritudo Josephi, seu pulchritudine Josephum Patriarcham (quem hominum formosissimum fuisse supponunt) æquans, &c. *perī rüler*, aspectus Angelici, facie Angelis pares, formosi, &c. *mekāmī gennet ābād*, habitatio similis Paradiso, amenissima, & millena hujusmodi. Sic dicitur etiam usitate *kenāl mertobe*, perfectè, accuratè. Item

Item Adjectiva Arabica & Persica præposita Substantivo, sæpe formant compositum adinstar unjus Adjectivi nobis ferè reddendum, ut نيك فعال *nik fi al*, bonarum actionum, probus, &c. بد بخت *bed bacht*, malæ fortis, infortunatus, infaustus, صاحب عقل *sāhyb ākyl*, possessor judicii, judiciosus; sed hæc constructio, seu lectio videtur esse Persica, pro sāhybi ākl. Sic خوب روي *chūbrūj*, pulcher facie, خوش خوي *choš chūj*, bonis moribus. Respondentque hæc Persica Arabicis illis Annexis annexione prolaticia, non reali, ut حسن الوجه *hasenūl-weghi*, مصر نادرة العصر *mysiū nādiretūl āsry*, Babylon raritas seculi, vel mundi, seu præstantissima urbs mundi, &c.

Innumera autem sunt nomina hujusmodi composita Persica, quæ ferè ad libitum in scriptione aut connectuntur aut separatim scribuntur, tam ex duobus Substantivis, quam ex Adjectivo præposito Substantivo, & maximè ex Participio postposito, sive illud sit integrum, sive diminutum simile Imperativo, & ex Substantivo; ut præter allata exempla زاغ چنگ سرنهنگ *serhengi zāgh deng*, Apparitor unguibus corvi armatus, corvi instar rapax. *Ab.* سرو ناز طوبا خرام *serwi nāzi tubā chyrām*. Cupressus jucunda instar Arboris Paradisi motum habens, h. e. leniter agitata & jucundissimum sui conspectum exhibens, &c. سمن تنلر vel سمن تنلر *semen tenler*, corpore jasmini, vel gelsimini instar odorifero præditi. Sic غنچه لبلر *ghunçe lebler*, os instar alabastris, seu rosæ florem emittere incipientis habentes, os angustum gratumque habentes, &c. *di bocca simile ad un bottone di rosa.* مار گزیده *mār gezide*, à serpente punctus, serpentis morſu affectus, جهان دیده *ghābandide*, mundum pervagatus, qui mundum vidit aut lustravit, &c. گوشه نشین *goše nišin*, sedens in angulo. *Ritirato.* تیر انداز *tīr endāz*, jaculator sagittarum, sagittarius, &c. & innumera alia.

CAPUT QUARTUM

De constructione Comparativi & Superlativi, aliorumque Adjectivorum casum aliquem regentium.

DE Comparativo jam in Etymologia dictum est, quòd construatur cum Ablativo qui semper præponi debet, ut اندن یکدر *andan iegdür*, melior illo est, آنک مرتبه سی *anūn-mertebsi senūn-kiden āklā*, gradus dignitatis ejus tuo sublimior est, sic مغت سرکه بالدن طتلو *mūst sirke balden tatlu*, acetum gratis datum dulcius est melle, *Prov.* دوه دن بیوک فیل وار *deweden būjūk fīl wār*. Datur major camelo elephas, *Prov.* Posito nimirum simpliciter Positivo loco Comparativi. Sic etiam dicitur سندن چوق بلور *senden čok bilür*, يك بلور *ieg bilür*, plus, vel melius scit quàm tu, & cum Verbo اول بلدو کدن چوق بلور *ewwel bildügümden čok bilürüm*, plus scio quàm antea sciverim, q. plus eo quod prius scivi, sciebam, &c. Sic بلدو کدن زیاده اغزمدن چوق بلور *ewwel bildügümden zījāde aghzūmdan čokmaz*, ex ore meo non exhibit ultra id quod scio, seu plus quàm sciam. Ubi nota istud quàm latinum difficulter reddi Turcicè, unde vulgus pec. Christianorum, & minus periti Turcæ sæpissimè illud reddunt per نه که *vel* که *neki* v. g. برار یکدر نه که ایکی عورت *bir er iegdür neki iki ewret*, præstat unus vir duabus mulieribus, seu melior est unus vir, quàm duæ mulieres; sic دخی چوق بلور نه که اول *da-ha čok bilürüm ne ki ewwel*, plus scio quàm prius; sed tu cum doctis aslueſce illud reddere, ut supra in hoc exemplo, in altero autem dic برار ایکی عورتدن یکدر *bir er iki ewretten iegdür*. Immò si duo Verba in Infinitivo veniunt comparanda, regens seu quasi comparativum juxta regulam generalem debet postponi, atque ita Verbum rectum, seu quasi positivum cum tota sua phrasi præpones addeſque notam Ablativi دن *den*, cui subjungere etiam potes یکاش او قعدن ایسه *ise*, post quod sequetur tandem Verbum regens, e. g. یکاش او قعدن ایسه او قومت *ise okumamak iegdür*, præstat non legere quàm erroneè legere, & sic in aliis.

¶ Comparativum apud Arabes & Superlativum ejusdem esse formæ, & in regimine Comparativum postulare post se من *min* cum Genitivo, Superlativum autem Genitivum, diximus Part. 2. Cap. 5. Vocatur autem utrumque اسم التفضیل *ismüt-tefzyl* (أفعل التفضیل *af-ālüt-tefzyl*) Nomen excessus, quod semper concordandum cum suo Substantivo,